


NUMMUS AUGUSTALIS
CAROLI V. IMP. CUSUS DURAN-
tibus Comitij Augustanis: Anno
Christi 1548.



IC verò quis non illud usurpet, Psalm. 133. *Ecce quàm bonum & jucundum habitare fratres in unum?* Neque enim fratres eos duntaxat versiculo eo indigat vates Regius, qui eodem parente prodierunt, eademque suxerunt ubera: verum omne aliud, quod inter parentes est, & liberos: quod inter avunculos & nepotes: quod inter fratres & sorores: paucis quod inter Christianos est cōcordiæ, consensus, amoris, societatis vinculum. Amorem hoc modo in suos, suorum in se vicissim cultum atq; observatiam ostensurus Carolus Imperator, non solus hoc in nummo conspici voluit: sed eodem hauriri intuitu Philippum filium, quem, valetudinis in deterius ruentis causâ, ad se ex Hispania acciverat: & Maximilianum fratris filium: quem Hispaniæ